UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spiritvali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Oratio Pro Desiderio perfectionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-77833

Visual Library

ORATIO PRO DESIDERIO perfectionis.

OMNIPOTENS, ſempiterne ac benigniſſime Deus, deſiderium noſtrum, ac gaudium noſtrum, qui vocaris deſiderium collium æternorum, id eſt, animarum ſanctarum, & vis ab hominibus tua dona deſiderari, vt in eorum adeptione ipſi aliquid faciant, & ex illis maiorem vtilitatem percipiant, immitte in nobis ingens illius altiſſimi doni deſiderium, quo apud te pro huius vitæ poſſibilitate perficimur, vt cor noſtrum ſuam requiem appetat, & voluntas noſtra ſcopum donorum omnium ſpiritualium percupiat. Non ſit, Domine, hoc deſiderium languens, ſed ardens, quod nos ad opus moueat, & ad omnia media aſſequendæ perfectionis exercenda compellat, vt tu qui miſericors es, miſertus noſtri; & laborum ac lacrymarum noſtrarum, aliquando tandem perfectionis gemmam, quam impenſè cupimus, largiaris. Amen.

Deo Ieſu Chriſti æterni Patris coæterno Filio ſit gloria & honor in omnem æternitatem. Amen.

Finis huius Tomi.